



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt episcopi libros gentilium non legant. xcv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BURCHARDI EPIS. VVORMAC.

Interrogatio LXXXI.

Est aliquis qui arborē succideret, & dū operi necessario insisteret, aliquis subtus arborē deueniens, improuisè opprimeretur?

Interrogatio LXXXII.

Est aliquis qui cōiurationes & cōspiraciones sectaretur?

Interrogatio LXXXIII.

Est aliquis qui ecclesiā aut clericū fatigare præsūperit?

Interrogatio LXXXIII.

Inquirendum de refugis, & perfidis clericis & laicis.

Interrogatio LXXXV.

Percontandum de confratriis & fraternitatum societatibus qualiter in parochia agantur.

Interrogatio LXXXVI.

Interrogandum si cantica turpia, & risum mouentia, aliquis circa Ecclesiam cantare præsumat.

Interrogatio LXXXVII.

Perquirendum si aliquis Ecclesiam intrans, fabulis vacare consuevit, & nō diligenter auscultat diuina eloquia, & si antequam Missa finiatur, de Ecclesia exierit?

Interrogatio LXXXVIII.

Interrogandum si oblationem, id est, panem & vinum viri & fœminæ ad Missas offerant, & si non viri coniuges offerant, pro se suisq; omnibus vt in canone continetur?

Vt episcopi libros gentilium non legant. Cap. XCIV.

*Ex cōcili.
Cartha.
cap. 16.*

VT episcopi libros gentilium non legant: hæreticorum autem pro necessitate & tempore.

Vt episcopi, prout vulgus intelligere possit, secundum proprietatem communis linguæ illorum prædicationem temperent. Cap. XCVI.

*Ex concil.
Remensi,
cap. 11.*

VT episcopi Sermones & Homelias sanctorum patrum, prout omnes intelligere possint, secundum proprietatem communis linguæ prædicare studeant.

Reprehensio episcopi in pulpito paganos libros exponentis, eo quod cū Iouis laudibus Christi laudes non conueniant. Cap. XCVII.

*Ex reg.
ad Deside-
riū episc.
Gallie
cap. 84.*

QUum multa nobis bona de vestris fuissent studiis nunciata, ita cordi nostro est nata lætitia, vt negare ea, quæ sibi fraternitas vestra concedenda poposcerat, minimè pateremur. Sed post hoc peruenit ad nos, quod sine verecundia memorare nō possumus, fraterni-